

Cambridge University Press

978-1-108-04901-6 - Chronica Majora, Volume 3: A.D. 1216 to A.D. 1239

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

MATTHÆI PARISIENSIS
CHRONICA MAJORA.

*De prima regis Henrici Tertii coronatione, quæ per quendam f. 49.
circulum aureum facta fuit, a qua coronatione computantur
anni coronationis ejus.¹*

Defuncto Johanne Anglorum rege, convenerunt apud Glo- A.D. 1216.
verniam in vigilia Apostolorum Symonis et Iudeæ, in præsentia Coronation
Walonis apostolice sedis legati, Petrus Wintoniensis, Joceli- of Henry
nus² Bathoniensis, et Silvester Wigorniensis episcopi, Ra- III. at
nulfus comes Cestrensis, Willelmus Marescallus, comes Pen- Gloucester,
broc, Willelmus comes de Ferrariis, Johannes Marescallus,
Philippus de Albeneio, cum abbatibus,³ prioribus, et turba
multa nimis, ut Henricum Johannis regis filium primogenitum
in regem Angliæ exaltarent.⁴ In crastino autem, paratis om- Oct. 28.
nibus ad coronationem necessariis, legatus supradictus, asso-
ciatis sibi episcopis et comitibus memoratis, duxerunt eum
ad ecclesiam conventualem cum processione solenni, regem
acclamandum.⁵ Ubi ante majus altare constitutus, dictante
sacramentum Jocelino Bathoniensi, juravit coram clero et
populo, appositis sibi sacrosanctis Evangelii et plurimorum
sanctorum reliquiis, quod honorem, pacem, ac reverentiam
portabit Deo et sanctæ ecclesiæ et ejus ordinatis, omnibus
diebus vitæ suæ. Juravit etiam, quod in populo sibi com-

¹ There is a drawing of a hand crowning the king at the top of the column. At the foot of the page are the shield and crown, and below, in rubrick, “Coronatur Henr-
“ cus III. rex, qui iccirco tertius
“ quia Henricus junior, licet suc-
“ cessione tertius, obiit patre vi-
“ vente, nec unquam regnavit.”
Parker has inserted at the foot of

the page the note given in the Historia Anglorum, ii. 196, note.

² *Jocelinus Bathoniensis*] In the margin in B.; not in C.

³ C. ins. et.

⁴ *exaltarent*] Written over an erasure by Paris; coronarent, O. W.

⁵ *acclamandum*] Altered by Par. from *coronandum*, which O. W. have.

Cambridge University Press

978-1-108-04901-6 - Chronica Majora, Volume 3: A.D. 1216 to A.D. 1239

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1216. misso rectam justitiam tenebit; quodque leges malas et ini-
Coronation quas consuetudines, si quæ sunt in regno, delebit, et bonas
oath of observabit et ab omnibus faciet observari. Deinde fecit ho-
Henry III. magum sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ et Innocentio Papæ¹ de
regnis² Angliæ et Hyberniæ; et juravit quod mille marcas,
quas pater ejus Romanæ contulerat ecclesiæ, fideliter persol-
veret, quamdiu prædicta regna teneret. Et his ita gestis,
Petrus Wintoniensis et Jocelinus Bathoniensis episcopi,³
ipsum in regem ungentes coronaverunt solempniter cum
canticis et modulationibus, quæ in coronatione regum solent
decantari. Tandem expletis missarum solemniiis, duxerunt re-
gem cum processione solemnii episcopi et comites supradicti,⁴
regalibus indutum [vestimentis],⁵ ad mensam; ubi omnes in
ordine suo considentes, epulabantur in lætitia et exultatione.
In crastino autem rex cepit homagia et fidelitates ab omnibus
episcopis, comitibus, et baronibus, aliisque omnibus qui aderant;
et omnes ei fidelissimum obsequium promiserunt. Coronatus
est autem rex Henricus tertius anno ætatis suæ decimo, in die
Apostolorum Symonis et Judæ, scilicet xxviii. die mensis Oc-
tobris. Rex autem post coronationem suam remansit in cus-
todia Willelmi comitis Penbroc, magni videlicet Marescalli;
qui protinus misit litteras ad omnes vicecomites de⁶ regno
Angliae et castellanos, præcipiens singulis, ut regi nuper coro-
nato essent intendentes, promittens omnibus possessiones pariter
ac donaria multa, ita ut dictio regi fideliter adhærerent. Sic-
que nobiles universi et castellani, qui patri ejus servierant, ei
multo fidelius quam regi Johanni adhæserunt, quia patris⁷ ini-
quitas, ut cunctis videbatur, filio non debuit imputari; unde
omnes sese ad defensionem præparantes castella sua perop-
time munire coeperunt. Animabat præterea eos qui partem
regis fovebant quamplurimum, quod singulis diebus Dominicis
ac festivis Lodowicum cum complicibus ejus et fautoribus ex-
communicari⁸ videbant.

William
Marshal,
guardian
of the
king.

Prepara-
tions
against the
partisans
of Louis.

¹ Papæ] apud, B.; C. omits it.
Innocent had died on July 16.

² regnis] regno, W.

³ Winton. et . . . modulationibus]
Written over an erasure. O. W.
have "Winton. episcopus, coronam
“ posuit super caput et unxit eum
“ in regem cum orationibus et can-
“ ticum [sic] modulationibus.”

⁴ supradicti] So C.; sæpedicti,
B. O. W.

⁵ vestimentis] In C.; om. B. O.
W.

⁶ de] om. C.

⁷ quia patris] B. has *qui pri*,
expuncting the *pri*, and intending
the *a* to be joined with *qui*. C. not
understanding this, has *qui prima*
patris.

⁸ excommunicari] excommuni-
care, B. O. W.; and so the Hist.
Angl.

Cambridge University Press

978-1-108-04901-6 - Chronica Majora, Volume 3: A.D. 1216 to A.D. 1239

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

DE TEMPORE REGIS HENRICI TERTII.

3

*De¹ parlamento habitō apud Doveram inter Hubertum A.D. 1216.
et Francos, ubi probata fuit Huberti fidelitas.*

Una autem dierum Lodowicus, credens flectere fidelitatem et constantiam per avaritiam significavit ei quod voluit parlamentum habere pacificum cum eo. Quod cum concessisset Hubertus, misit L[odowicus] nuncios sollempnes ad eum, videlicet ad posticum quod² ad hoc competens videbatur. Missi sunt igitur ad eum comes Saresberiensis, W[illelmus] scilicet Longa Spata, qui secum ad cautelam duxit Thomam de Burgo, fratrem scilicet praedicti Huberti, qui captivus erat Lodowici, captus videlicet in castro Norwici, et tres de nobilioribus Francorum. Hubertus autem veniens ad posticum duxit secum quinque arcubalistarios cum balistis suis extensis, spiculis adaptatis, ut si opus esset, non parcerent inimicis. Et ait comes W[illelmus], “O Huberte, non te latet, ut credo, mors regis J[ohannis] quondam domini nostri, nec conditio jura-“ menti domini L[odowici], qui incommutabiliter juravit “quod cum castrum hoc violenter occupaverit omnes in “eo inventi suspendio peribunt. Consule tibi et honori “tuo. Non poteris diu hoc castrum tenere. Fortitudo “domini nostri L[odowici] crescit diatim, fortitudo “domini³ regis decrescit manifeste; efficaci insultu et “cotidiano vel saltem inedia peribis nisi sapias et “consiliis adquiescas. Vides enim quod spes succursus “evanuit. Redde igitur castrum hoc sine moræ dis-

¹ This is in the margin of f. 48.
“Hoc debuit in sequenti folio” is written below the rubrick. At the end is, in rubrick, nearly effaced, “Hoc intrabit ante hoc signum “○—. Verte hoc folium et inve-“nies in sequenti folio, scilicet “post mortem regis J[ohannis].” The chapter has been partly erased in B., and the erased portions

written over very incorrectly in a modern hand. Where this is the case the text is taken from C., where it is given on the inserted leaf, f. 209. It is there referred to with the words, “Hic deficit unum “capitulum, f. 211.”

² *quod*] qui, B.

³ *domini*] So C.; om. B.

Cambridge University Press

978-1-108-04901-6 - Chronica Majora, Volume 3: A.D. 1216 to A.D. 1239

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

4

MATTHÆI PARISIENSIS CHRONICA MAJORA.

A.D. 1216. “ pendio et aliqua difficultate domino L[odowico], nec Interview “ notaberis de infidelitate, cum non possis illud amplius between Louis’s “ tenere. Vide¹ quod omnes² certatim ad fidelitatem messengers “ ejus confluunt.” Thomas autem cum lacrimis dixit and Hubert^c de Burgh. insuper eidem Huberto, “ O frater carissime, miserere “ tui et mei et omnium nostrorum adquiescendo horum “ consiliis; sic enim omnes a confusione imminentia “ poterimus liberari.” Et addidit adhuc comes, “ O “ Huberte, adquiesce consilio nostro et voluntati do- “ mini L[odowici], et dabit tibi jure hæreditario North- “ folkiam et Suthfolkiam, et eris primus inter amicos “ ejus et consiliarios. Sin autem, in primis iste Thomas “ frater tuus suspendetur, et tu non leviora in brevi “ patieris.” Cui Hubertus, “ O comes proditor nequam, “ etsi mortuus sit rex J[ohannes] dominus noster ac “ frater tuus, hæredem³ habet nepotem tuum, cui, etsi “ omnes deessent, tu, qui patruus ejus es, non deberes ei “ deesse, immo ei alter pater esse; quid, degener et ini- “ que, talia loqueris?” Et respiciens eum torvo oculo, et in vocem crudeliorem erumpens ait, “ Ne loquaris “ amplius unicum verbum, quia per lanceam Dei si am- “ plius os ad loquendum aperias, vos omnes pluribus “ spiculis perforabimini, nec parcam fratri meo.”

Comes igitur et qui cum eo erant, videntes eorum mortem in ictu oculi imminere, quia balistarii prompti erant trahere, statim recesserunt, læti quod vivi et indemnes recesserunt. Quod cum audisset Lodowicus, vehementer licet dolens et iratus, constantiam Huberti collaudavit.

Quomodo Lodowicus audita morte regis J[ohannis] a Dovera recesserit.

*Istud ca-
pitulum
plenius*

Cumque Lodowicus ac barones, qui apud Doverense castrum obsidionem agebant, de morte regis Johannis veridicos nun-

¹ *vide*] vides, C.

² *omnes*] om. C.

³ *hæredem*] hæredes, C.

Cambridge University Press

978-1-108-04901-6 - Chronica Majora, Volume 3: A.D. 1216 to A.D. 1239

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

DE TEMPORE REGIS HENRICI TERTII.

5

cios accepissent, invasit omnes fallax lætitia magna, ut qui se A.D. 1216.
 confidebant jam regnum Angliæ sibi subjugasse. At Lodo-
 wicus, Huberto de Burgo Doverensis castri constabulario ad suum colloquium vocato, dixit ei ; " Rex Johannes dominus tuus scribitur in
 " mortuus est, nec vales¹ tibi castrum hoc contra me diutius precedentis
 " tenere, cum non habeas defensorem. Redde ergo castellum folii (i.e.
 " mihi, et ad fidelitatem meam veni, et ego magnis honoribus
 " te ditabo, atque inter consiliarios meos magnus eris." Cui A different
 Hubertus taliter fertur respondisse ; " Si dominus meus mor- the same
 " tuus est, habet filios et filias, qui ei succedere debent ; sed story.
 " et de castello reddendo cum militibus sociis meis habere
 " volo colloquium." Sicque in castrum reversus,² indicavit
 sociis verba Lodowici, qui in hoc pariter consenserunt³ inclusi,
 ut castellum Lodowico negaretur, ne illud turpiter reddendo
 notam proditionis incurrent. Quod cum Lodowico et baro- Louis
 nibus nunciatum fuisset, decreverunt minora⁴ per Angliam sub- raises the
 jugare prius⁵ sibi castella, ut levioribus subactis confugerent siege and
 ad majora. Denique obsidione soluta, ad urbem Londoniarum returns to
 sunt reversi. Sed continuo post recessum eorum⁶ milites, qui London.
 erant in defensione castri memorati, exeentes combusserunt The garri-
 domos et ædificia quæ ante castrum Lodowicus construxerat; son of
 et sic per provinciam hostiliter discurrentes, castrum suum Dover
 omnibus rebus necessariis optime munierunt strengthen
 themselves.

De obsidione et captione castri de Herdforde.

His ita gestis, Lodowicus in crastino Sancti Martini cum exercitu copioso ad municipium de Hereford perveniens, illud Sieges and capture of
 obsidione vallavit. Erectisque in gyrum machinis, castelli Hertford
 muros subvertere nitebatur. Sed Walterus de Godardville, Louis, from miles de familia Falcasii, vir strenuus, cum suis⁷ commilitonibus Nov. 12 to
 defensioni vacans, multam ex Galligenis stragem fecit. Tam- Dec. 6.
 dem cum a festo Sancti Martini usque ad festum beati⁸ Nicholai
 laborioso nimis sumptu ibidem sedissent, concesserunt⁹ Lódo-
 wico municipium, salvis inclusis rebus suis cum equis et
 armis. Reddito itaque municipio, petiit illud Robertus filius
 Walteri, dicens custodiam illius ad eum antiquo jure spectare.

¹ *vales*] So altered by Paris from *valet*, which O. W. have.

² *reversus*] *versus*, C.

³ *consenserunt*] *convenenterunt*, C.

⁴ *minora*] *minores*, W. B. had *minore*, but Par. has written *a* above the *e*. O. has been altered to *minora*.

⁵ *prius sibi*] In the margin ; not in C.

⁶ *eorum*] *illorum*, C.

⁷ *suis*] om. C.

⁸ *beati*] *sancti*, C.

⁹ *concesserunt*] Written over an erasure ; *reddiderunt*, O. W.

Cambridge University Press

978-1-108-04901-6 - Chronica Majora, Volume 3: A.D. 1216 to A.D. 1239

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

6

MATTHÆI PARISIENSIS CHRONICA MAJORA.

A.D. 1216. At Lodowicus cum super hoc a Francigenis concilium quæsisset, responsum est ei, quod Angli non erant digni tales habere custodias, qui proprii domini proditores fuerunt. Tunc Lodowicus dicto Roberto respondit, ut patienter sustineret, donec, regno subjugato, singulis redderet jura sua. Eodem tempore in die beatæ Katerinæ virginis et martyris exivit de carcere nobilis vir Willelmus de Albeneio, facto prius fine pro redemptione sua sex milium¹ marcarum; qui facto homagio castle com. regi Henrico, tradidit ei idem rex castellum de Ledfort² ad mitted to custodiendum, quod ille strenuissime custodivit.
 him.

William
of Albini
released,
25 Nov.
Sleaford
castle com.
f. 49 b.

De captione castelli de Berkamestude.

Siege of Berkamp- Subjugato, ut dictum est, municipio de Herthford, Lodowicus stead castle, conferens, illud cuneis militaribus circumcinxit. Barones vero 6 Dec. Angliae,⁴ jubente Lodowico, a parte castri Aquilonali⁵ sub foresta tentoria sua statuerant, et [cum] circa illa ordinanda ministri et servientes nimis essent solliciti, [inter⁶] quos erat quidam serviens strenuus, audax, et astutus, Andreas Dingas nomine, cuius astutia, fortitudo, ac audacia, quantociens in quamplurimis locis fuerat experta, a Lodowico et commilitonibus suis et a toto exercitu nimis commendabatur,] exierunt de⁷ castello milites et servientes cum im- petu, et sarcinas baronum et bigas invadentes, vexillum Willelmi de Mandevilla rapuerunt, et secum revertentes in castellum detulerunt, pœnitentia ducti quod adversariis majora non potuerunt inferre detrimenta. Eadem quoque die, baroni- bus ad mensam sedentibus, exierunt denuo milites et servien- tes prædicti de castello, et in confusionem baronum vexillum, quod paulo ante rapuerant, præferentes, cogitabant dictos ba- rones occupare inermes; sed aliis præmunitis, compulsi sunt redeuntes⁸ sese in sua receptacula properanter occul- tare.

¹ Par. has *vel -bus* over this word; milibus, C.

² *Ledfort*] Ledeford, C.; Lafort, W. Sleaford.

³ *in*] So C.; om. B.

⁴ B. O. W. ins. *qui*.

⁵ Par. has *vel -ri* in the margin, Aquilonari, C.

⁶ This passage in brackets is not in B., and is only found in C.

⁷ *de castello*] tunc de castro, C.

⁸ *redeuntes . . occultare*] ad cas- tellum redire, O. W.

Cambridge University Press

978-1-108-04901-6 - Chronica Majora, Volume 3: A.D. 1216 to A.D. 1239

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

DE TEMPORE REGIS HENRICI TERTII.

7

De Veronica et ejusdem authenticatione.

A.D. 1216.

Dum vero fortunalis alea statum regni Angliae talibus turbinibus exagitaret, dominus Papa Innocentius, quem vacillantis ecclesiæ cura sollicitabat, effigiem vulnus Dominici, quæ Veronica dicitur, ut moris est, de ecclesia Sancti Petri usque ad hospitale Sancti Spiritus reverenter cum processione bajulabat. Qua peracta, ipsa effigies, dum in loco suo aptaretur, se per se girabat, ut verso staret ordine; ita scilicet, ut frons inferius, barba superius locaretur. Quod nimis abhorrens dominus Papa, credidit illud in triste sibi præsagium evenisse, et ut plenius Deo reconciliaretur, consilio fratrum, in honore ipsius effigiei, quæ Veronica dicitur, quandam orationem composuit elegantem; cui adjecit quendam Psalmum, cum quibusdam versiculis, et eadem dicentibus decem dierum concessit indulgentiam, ita scilicet, ut quotienscumque repetatur, totiens dicenti tantumdem indulgentiæ concedatur. Multi Versicles igitur eandem orationem cum pertinentiis memorie commendarunt, et ut eos major accenderet devotione, picturis effigiarunt hoc modo. [Here¹ follows a very carefully executed picture of the head of our Lord, with the cruciform nimbus, and A Ω on either side.]

Sortitur² autem Veronica tale nomen a quadam muliere sic dicta, ad cujus petitionem ipsam fecit Christus impressionem. Signans igitur se homo dicat,

Signatum est super nos lu[men] v[ultus] t[ui], D[o- Ps. iv. 7. mine]. Ded[isti]. Ps. Deus misereatur nostri, etc. Gloria. Ps. lxvi. 2. Kyrieleison, Christeleison, Kyrieleison. Pater noster. Et ne. Vers. Fac mecum signum in bo[num] ut vi- Ps. lxxxv. d[eant]. Vers. Tibi dixit eor meum [exquisivit te]^{17.} Ps. xxvi. 8. fa[cies] m[ea], fac[iem] t[uam] D[omine] r[equiram]. Vers. Quærite Dominum et confirmamini, q[uærite] Ps. civ. 4.

¹ In C. there is a blank left for the picture. | ² Sortitur . . . dicat] In rubrick.

Cambridge University Press

978-1-108-04901-6 - Chronica Majora, Volume 3: A.D. 1216 to A.D. 1239

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1216. f[aciem] e[jus] s[emper]. *Vers.* Ora pro nobis, beata Veronica. U[t] d[igni].¹ *Vers.* Domine exaudi orationem meam. Et. *Vers.* Domine Deus virtutum Ps. lxxix.
20. converte nos, et ostende.² *Oremus.* Deus qui nobis signatis lumine vultus Tui memoriale tuum ad instantiam Veronicæ sudario impressam imaginem relinquere voluisti, per passionem et crucem Tuam tribue nobis quæsumus, ut ita nunc in terris per speculum et³ in enigmate ipsam adorare et venerari valeamus, ut⁴ facie ad faciem venientem judicem Te securi videamus, Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Continuatio.

Surrender of Berk-
hamstead castle. Præmissam⁵ autem seriem historiæ principalis con-
tinuantes, referamus quid Lodowicenses tunc temporis
egerint, spreto Dei timore et hominum reverentia. Dis-
currebant autem per villas vicinas, ab innocentibus
pecuniam extorquendo. Sed eisdem debacchantibus,
Walerannus genere Theutonicus, miles in opere martio probatus, cum suis commilitonibus viriliter resistentes, multorum
animas ex Galligenis excommunicatis ad tartara direxerunt.
Sed denique post diutinam obsidionem, ex præcepto regis,
dictus Walerannus et complices ejus Lodowico castellum sal-
vis sibi equis et armis reddiderunt, xiii. kal. Januarii. In
crastino autem impositis suis in castello Lodowicus venit ad
Sanctum Albanum, in die videlicet beati Thomæ Apostoli,
exigens ab abbe ut faceret sibi homagium. Cui cum abbas
respondisset, se nolle ei homagium facere, nisi prius absolve-
veretur ab homagio quod fecerat regi Anglorum, Lodowicus
vehementer indignatus juravit se igne ipsam abbatiam cum
villa tota crematurum, nisi faceret quod petebat. Tandem
St. Alban's threatened.
21 Dec.

¹ C. adds the initials of the rest of this response, “ef[ficiamur] pro-

“ [missionibus] Ch[risti].

² C. adds the initials of the rest of the verse, “f[aciem] t[uam] et “ s[alvi] e[rimus].

³ et] om. C.

⁴ C. ins. *tunc* after *ut, super nos* in the next line after *venientem*, and

dominum nostrum Jesum Christum after *videamus.*

⁵ For this first sentence, O. W. have, “Cumque dies crastina illux-“ isset, jussit Lodowicus petrarias “ et alias bellum machinas circa castri “ ambitum erigere, quibus undi-“ que collocatis dampnosos lapides “ emittere non cessabant; quibus.”

Cambridge University Press

978-1-108-04901-6 - Chronica Majora, Volume 3: A.D. 1216 to A.D. 1239

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

DE TEMPORE REGIS HENRICI TERTII.

9

abbas prædictus post comminationes terrificas, interveniente A.D. 1216.
 S[asher]o comite Wintoniensi, finem fecit pro se et villa tota, Fine paid
 dans Lodowico pro induciis usque ad Purificationem Beatae by the
 Mariæ quater viginti marcas argenti. Quo facto Lodowicus ad Abbat.
 urbem Londoniarum reversus est. [William
 of Trum-
 pington.]

Incidentia de Terra Promissionis.

Oliverius Scholasticus, Historia Capitonis Damiettae, (Eckhard, Corpus. Histor. Medii Ævi. Lips. 1723, 1397), cap. i. It is incor. porated into the Historia Orientalis of James of Vitri, lib. iii. p. 1129 (Bongars). Eodem anno expirante treuga inter fideles Terræ Promissionis Assembling of the crusading army at Achon, et Saracenos, in primo passagio generali post concilium Lat. 1217.] exercitus Domini copiosus in Achon, cum tribus regibus, Jerusalem¹ scilicet, Hungariae² et Cypri.³ Affuerunt etiam duces Austriae⁴ et Maraviæ,⁵ cum militia Acre. magna regni Theutonici, et comitibus multis, virisque gentilium. Affuerunt et archiepiscopi⁶ Nichossiensis,⁷ Joriensis,⁸ Argiensis⁹ Hungariae, Baiocensis,¹⁰ Bavergensis,¹¹ Cicenensis,¹² Monastergensis,¹³ et Trajecensis,¹⁴ et cum eis vir nobilis ac potens Walterus de Avenis. Deinde patriarcha Jerosolimitanus¹⁵ cum magna humilitate cleri et populi, tollens reverenter vivificæ crucis lignum, feria sexta post festum Omnium Sanctorum proiectus est ab Achon in castra Domini, quæ præcesserant ad Recordanam.¹⁶ Hoc autem Dominicæ crucis lignum post Terram Sanctam perditam reservatum fuit ad hæc tempora, et a fidelibus occultatum. Imminente enim conflietu Saracenorum tempore Salaadini cum Christianis, sicut a senioribus accepimus, crux secta fuit, cuius pars ad prælium delata et ibidem

¹ John de Brienne.² Andrew II.³ Hugh I.⁴ Leopold VI.⁵ This may be Otho of Méran, but I suspect *Maraviæ* is an error for *Bavariae*, i.e. Louis I. See however Wilken, vi. p. 131, n. 27.⁶ *archiepiscopi*] An erroneous alteration of Oliverius, who has, “aderant episcopi peregrini, archi-“ episcopus Nicossiensis,” etc⁷ Eustorgius, archbishop of Nicosia in Cyprus.⁸ *Joriensis*] So the MSS. and printed editions of Oliverius. *Jorenensis*, B. W., by a careless error.O. has *Joriensis*. This is the see of Jaurinum, (Raab) in Hungary. The bishop was Peter II.⁹ Of Agria (Erlau), in Hungary. The bishop was Thomas.¹⁰ Robert des Ableges.¹¹ *Baverensis*] Ekbert of Meran, bishop of Bamberg.¹² *Cicenensis*] Sicensis, Eckhard, i.e. Engelhard, bishop of Zeitz (Naumburg).¹³ Otho of Oldenburg, bishop of Münster.¹⁴ Otho II., bishop of Utrecht.¹⁵ Lotharius.¹⁶ i.e. Tel-kurdany, between Acre and Haifa.

Cambridge University Press

978-1-108-04901-6 - Chronica Majora, Volume 3: A.D. 1216 to A.D. 1239

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

10 MATTHÆI PARISIENSIS CHRONICA MAJORA.

A.D. 1216. perdita, pars tempore¹ reservata extitit, quæ nunc exhibetur. Oliverius
 Their advance to Tiberias. Cum tali quoque vexillo aciebus² instructis processerunt fideles Scholasticus, Historia Capitonis Dationis Da-
 per planum Fabæ,³ usque ad fontem Tubanniæ,⁴ eo die multum laborantes. Et præmissis explorantibus,⁵ videntes ab adversariis concitari⁶ pulverem, incerti fuerunt, utrum contra nos, an mietæ, fugiendo, properarent. Sequenti die per montes Gelboe, quos habuerunt ad dextram, et paludem ad sinistram, profecti sunt Bethsanam,⁷ ubi adversarius noster castrametatus est. Sed metuens adventum tam copiosi Dei viventis exercitus et tam ordinatis procedentis, tentoria tollens et fugiens, terram militibus Christi vastandam reliquit. Unde in vigilia Sancti Martini⁸ Jordanem transeuntes, corpora sua laverunt in eo fideles; et pacifice quievimus ibidem per biduum, victualium copiam repperientes. Deinde super litus maris⁹ Galileæ tres fecerunt mansiones, peragrantes loca in quibus Salvator noster mirabilia operari dignatus est, corporali præsentia cum hominibus conversatus. Aspexerunt Bethsàdam, civitatem Andreæ et Petri, tunc ad modicum casale redactum. Viderunt etiam loca ubi Christus discipulos vocavit, supra mare siccis pedibus ambulavit, in deserto turbas pavit, montem oraturos ascendit, et ubi post resurrectionem cum discipulis manducavit. Et sic per Capharnaum Achon reversi sunt, infirmos suos reportantes. To Tabor. Deinde aliam equitatem aggressi fideles prædicti, perrexit ad montem Thabor; ubi primo aquarum inopiam et postmodum per defussionem copiam reppererunt; desperabant autem capitanei exercitus de ascensi montis, donec dictum¹⁰ est eis, castrum fore comprehensibile, a pueri Sarraceno. Consilium ergo inierunt, et Dominica prima Adventus, cum legeretur Evangelium, *Ite in castellum quod contra vos est*, patriarcha præcessit cum signo crucis, episcopis et clero orantibus et psallentibus dum exercitus clivum montis subiret. Et licet mons præruptus esset undique et velut impossibilis in ascensi et extra semitam tortam, omnes tamen viriliter ascenderunt. Johannes vero rex Jerusalem cum militia Christi castellanum ab equo stravit et admiraldum unum, qui primo impetu intrepidi extra portas ad montem defendantum hostibus occurre-

¹ *tempore*] tunc, O. W. Neither is in Oliverius.

² *aciebus*] a diebus, B.

³ i.e. el Fuleh, on the edge of the plain of Esdraelon.

⁴ Ain Dschaluth. See Wilken, iii. part 2, p. 231, vi. p. 144.

⁵ *explorantibus*] exploratoribus, O. W., as Oliverius.

⁶ *concitari*] So O. W., Oliverius; commutari, B.

⁷ Bethsean, *Beisan, Scythopolis*.

⁸ C. ins. in.

⁹ *maris*] mare, B.

¹⁰ *dictum*] So C.; ductum, B.